



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Vita Venerabilis Arnesti, (vulgò Ernesti) Primi  
Archiepiscopi Pragensis**

**Balbín, Bohuslav**

**Pragæ, 1664**

Notæ in Caput IV.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-42763**

## Notæ in Caput IV.

**A** Rnesti Statuta. Edidit hæc Statuta proprijs impen-  
sis A 1606. Georgius Bertholdus à Breitenberg S. Me-  
trop: Eccl: Prag: Präpositus, Archiepiscopatus Officia-  
lis, & Vicarius Generalis. Prefatio Pontani tota in eorum lande  
consumitur; ait: digna esse tanto Präfule, quem vocat zelosum, &  
Beatissimæ Virgini Matri MARIAE valde devotum Archiepisco-  
pum. Aldit se Statuta illa ex tribus manuscriptis Exemplaribus ex-  
scribi jussisse, ex quibus ultimum Pilsnae A. 1517 sit impressum. Lan-  
dat eadem Statuta magnus omnino Präfus, & Clementi VIII. Pon-  
fici Maximo charissimus (cui galerum purpureum Pontifex obtule-  
rat, sed priusquam honor Pragam perveniret, e vita excessit) Zby-  
Zbygnai Ar-  
chiepiscopi  
Prag, de Ar-  
nesti Statutis  
sententia.  
gnæus, inquam, ex Illustrissima Berkarum gente Archiepiscopus Pra-  
gensis, qui in Præfatione suæ Synodi ad Clerum sic locutus est:

Jam qui, & quales fuerint eisdem temporibus hujus Regni  
Clericorum mores, vita, ac disciplina, si nulla alia ex re cognosci  
potest, facile ostenderent, quæ apud nos conservantur, Ernesti  
I. Archiepiscopi Constitutiones. Ille enim ita plenè, atque ita cu-  
mulate omnes Clericorum muneris partes complectuntur, & san-  
ciunt, ut necesse sit, & qui tam egregias Constitutiones com-  
plicerit, Antistitem valde egregium, & quibus ad observandum  
propositæ fuerint, Clericos plusquam mediocri virtute præditos  
fuisse.

In Calend. hisp.  
30. Iunij. Landavit hæc quoq, Statuta, qsd mirere Hussita Lupacius:  
Promulgavit, inquit, Ernestus Statuta, quæ Privilegia vocantur,  
linguâ latinâ scripta, digna sanè quæ legantur, &c.

Clerici Bo-  
hemia testari  
possunt.

Nè Clerici testari possint. Id tamen postea revo-  
catum, & concessa omnibus Clericis in Bohemia sub Ferdinando I.  
Rege, & Antonio Archiepiscopo Pragensi testandi facultas; qua de-  
re publi-



C.IV. ARN. ARCHIET. PROVINCIAL. STAT. 113  
re Publica confecta instrumenta sunt in manibus, idq; ob eam causam,  
ut Clerici tanto libenter Ecclesia Bohemica servirent, & invitarentur  
ad eam, à qua tantum commodum perciperent, Ecclesiam, atq; his la-  
boribus Religio in Bohemia, id temporis prostrata, resurgeret.

Explicat hæc omnia Synodus novissima sub Archiepiscopo  
Zbygnæo Berka A. 1605. habita, titulo de Testamentis Clerico-  
rum: Clerici omnes sacerdtales hujus Metropolis, & Archidioecesis  
nostræ, etiam si beneficia Ecclesiastica, cuiusvis generis obtineant,  
liberam quidem habent testandi facultatem ex privilegijs anti-  
quissimis, & immemorabili consuetudine; sed de Bonis Ecclesiæ  
nomine acquisitis, nullo modo testari, seu disponere poterunt.

Idem privilegium longè antè Arnestus ipse Clericis omnibus in ditioni-  
bus Dominorum de Novadomo, Ecclesia servientibus contulit, ex-  
tq; id privilegium ab Arnesto datum in Archivo Collegij Novod.  
S. I. ut ipse vidi. Hoc postea aliqui Dominorum de Novadomo ab-  
rogare voluerunt. D. Zacharias de Novadomo, uxoris piissima Ma-  
trona Catharinæ (nisi fallor; non enim hæc, qua pridem legi, sunt ad  
manum) de Waldstein precibus, cùm illa ante maritum pro Sacer-  
dotibus genua flectendo orare soleret, commotus, privilegium restituit;  
at illi vicissim ex gratitudine obligarunt se quotannis post S. Lucia  
diem venturos omnes Novandomum, & triduo pro demortuis ani-  
mabus, ex familia & cognatione Dominorum de Novadomo Funebria  
sacra celebraturos, quod hodièq; magnâ Religione prestatur. Facit  
hujus ultronei Contractus mentionem (præter manuscripta) Bartho-  
laus Paprocky in speculo Moraviae, init. C. de Familia  
Dominorum de Novadomo.

Privilegium  
ab Arnesto  
datum Cleri-  
cis in ditione  
ne Dominorum  
de No-  
vadomo.



P Vene-